



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

126. An si Clericus vel Religiosus aggressus occidat invasorem præter
peccatum mortale incurrat irregularitatem si fugere possit? Et an in hoc
casu non peccet contra iustitiam sed contra charitatem ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

Sup. hoc sup. in tr. 2. Ref. 16. §. 1. à lin. 5. & vers. El. Ref. 17. recit. anter in princ. & in Ref. 18. à lin. 2. & vers. Qui in Clericorum. & Canonis, ut observat Toletus lib. 1. *summa*, cap. 33. in tom. 9. tit. 1. Ref. 49. §. Sed hanc.

Excommunication, ubi sic habetur: Nec ille compellendus est ad Sedem Apostolicam venire, qui in Clericum eum uxore, matre, sorore, vel filia propria turpiter inventum manus iniecerit violentas. Ceterum si in stupro, vel adulterio, quod committit cum ea, quæ ipsum ita proxima consanguinitatis linea contingit, cepit, aut in eum violentas manus iniecerit, non erit à sententia illius excommunicationis immunis. Hæc ibi. Ergo si tales non incurrunt in tali casu Censuram Canonis, ut observat Toletus lib. 1. *summa*, cap. 33. in tom. 9. tit. 1. Ref. 49. §. Sylvest. verb. *excommunication*, 6. num. 6. §. 10. Cardosus in *praxi de iudicijs*, verb. *excommunication*, num. 20. Bermondus, in *tract. de concubinato*, fol. 267. num. 5. Covarruvias lib. 2. *variartum* cap. 10. numero 8. Iulius Clarus lib. 5. *sentent. §. finali*, quæst. 77. numero 11. Claudius in *leg. ut vim, ff. de iust. & iure*, num. 85. Menochius de *arbitr. quæst. casu* 41. 9. num. 92. Cevallos communis contra communem, quæst. 833. num. 310. Ergo dicendum in casu nostro homicidam de quo loquimur in irregularitatem incurrisse. Et ita in terminis ex rationibus adductis tenet Stephanus Fagundez in *Decalog. tom. 1. lib. 5. capit. 10. numero 31*. ubi sic asserit. Idem mihi planè videtur dicendum de irregularitate; non enim ob huiusmodi occisionem, irregularitas ex delicto homicidij voluntarij incurritur, sicut enim non incurritur excommunicatione, ita nec irregularitas, parit enim Ecclesia his poenis propter iustissimum dolorem, nec reputat hoc homicidium tam ex voluntate, quam ex vehementissima passione factum propter iustum dolorem, quia textus ita loquitur de huiusmodi percussoribus, & interfectores, ac de illis, qui se iuste defendunt; constat autem eos, qui alios se iuste defendendo occidunt nullam excommunicationem, aut irregularitatem incurrere, ut diximus in hoc libro, cap. 3. num. 1. vers. *Quod verò*. Et hæc opinio habet pro se omnes Doctores, qui dicunt licitum esse in foro conscientie patri, marito, & fratri occidere filiam, uxorem, & sororem adulteras simul cum adultero, quicumque ille sit, in adulterio inventas. Ita Fagundez loco citato.

3. Sed hæc opinio apud me habet maximam difficultatem; nam ut ego olim * docui, & nunc iterum doceo cū Pönio adversus Patrem Hurtadum, & citatos Iuriconsultos, supradictam sententiam procedere in foro externo, non autè in foro conscientie, & idèò puto semper peccare mortaliter contra iustitiam patrem, & maritum, qui adulteros occidunt, sua propria auctoritate: Et idem dicendum est, si ante sententiam latam Iudex eos illi tradat occidendos. Hanc tenent Sanchez lib. 10. de *matrimon. disp.* 8. num. 3. D. Thomas in 4. *distinct.* 37. quæst. 2. artic. 1. in corpore. D. Bonaventura art. 2. quæst. 11. Victoria in *summa*, ubi de *matrimon. num.* 292. Veracruiz 3. part. *speculi* art. 4. Sotus in 4. *dist.* 37. quæst. unic. art. 3. conclus. 1. & lib. 5. de *dist.* 9. art. 3. ad 1. Aragonius 2. 2. quæst. 64. art. 3. ad 2. Rodriguez tom. 1. *summa* in 2. edit. cap. 206. num. 9. Sà in *sum. verb. Homicidium*, n. 15. Gutierrez lib. 2. 99. *pract.* quæst. 1. numero 22. Petrus Navarra lib. 2. de *restitut.* cap. 3. part. 2. in *noza* edit. dub. 8. num. 206. Navarros in *sum. Hispan.* cap. 15. num. 3. in *sine*. Covarruvias in 4. *Decret.* 2. p. §. 7. num. 9. Probatur ex c. inter hæc 33. q. 2. ubi Nicolaus Primus, ait licere secundum leges mundanas, non tamen secundum Ecclesiasticas uxorem adulteram impunè interficere. Secundo, quia leges civiles solum ob vehementem dolorem huiusmodi homicidia impunè fieri permittunt, at leges permitteutes aliquid impunè fieri, minime à culpa excusant, ut latissimè, multis adductis exemplis, confirmat Tiracellus leg. 9. *connubiali*, num. 1. & seqq. aliud enim est ad vitanda maiora peccata, & scandala, permittere

aliqua minora: aliud illa præcipere, vel concedere licentiam ad illa perpetranda, ut patet ex meretricibus publicis; permittunt enim leges civiles meretricibus in scandala adulteriorum, & sodomie: non tamen hæc permissio illas à peccato excusat, nec excusare potest, nec illorum actum facere potest licitum. Tandem, quia iniustum est parte non audita, & ante latam sententiam concedere generalem, vel specialem facultatem perimendi reum. Quamobrem iniquissimè faceret iudex, si ante latam sententiam adulteri id concederet parentibus, aut maritis eorum, quæ in adulterio reperiuntur.

4. Nec obstat dicere quod leges humane expressè concedunt facultatem perimendi bannitos non auditos: ergo poterunt etiam hanc facultatem concedere circa adulteros. Respondeo esse diversam rationem, quia banniti sunt hostes reipublicæ, & nec capi, nec accusari possunt: at adulteri non sunt hostes Reipublicæ, & capi, & accusari possunt. Confirmatur superius dicta ex doctrina Doctorum asserentium illum maritum, qui privata auctoritate adulteros in seclere comprehensos enecat, teneri damna restituere ad aliorum homicidarum instar, quia peccat contra iustitiam. Ita Petrus Navarra, lib. 2. de *restitutione*, cap. 3. part. 3. in *noza* edit. dub. 8. n. 207. Sanchez 1. 10. de *matrim. disp.* 8. num. 41. Banez 2. 2. quæst. 64. art. 3. dub. 2. in *solut.* ad 3. Parisius *conf.* 15. 4. num. 12. & numero 41. lib. 2. Socius lib. 2. *conf.* 34. asserentes peccatum hoc esse contra iustitiam. Et ita hanc sententiam præter Doctores à me alibi citatos, tenet novissime doctissimus Magister Marcus Serra in 2. 2. D. Thomas 9. 64. art. 3. Amicus & 6. in *Curs. Theol.* tom. 5. *disputat.* 36. sect. 2. numero 21. Ioannes Vvigers de *iustit.* & *iur. tract.* 2. cap. 2. dub. 5. num. 14. ubi rectè dicit ab hac sententia communem in quæstione tam practica, & tanti momenti non esse recedendum. Et ita etiam docet Ioannes Pontius omninò videndus in *Curs. Theol.* *disput.* 52. quæst. 5. conclus. 3. numero 22. Hinc sequitur maritum teneri ad restitutionem propter interfectionem adulteri in foro conscientie, & hunc posse licitè se defendere, ac etiam, si aliter evadere nequeat, interficere maritum tanquam iniustum invasorem in foro conscientie. An verò esset irregularis, si interfecisset, ita controversatur, ut utraque pars sit probabilis, & propterea potest occideri, ut amplexi partem sibi magis favorabilem. Ergo cum in casu nostro homicidium illud fuerit in conscientia illicitum, & mortaliter peccaminosum, ut probatum est, sequitur consequenter, poenam irregularitatis induxisse, atque idèò supradictum homicidam non posse ordinibus initiari, nisi prius dispensationem irregularitatis obtineat.

RESOL. CXXVI.

An, si Clericus, vel Religiosus aggressus occidat invasorem, præter peccatum mortale, incurrat irregularitatem, si fugere possit?
Et an in hoc casu non peccet contra iustitiam, sed contra Charitatem tantum?
Et advertitur, quod in prædicto casu nihil est distinguendum inter Clericum, & laicum, ubi uterque ad occisionem iustum aequali premente necessitate, aliquem occidit, &c. Ex parte 11. tractatu 6. & Misc. 6. Ref. 29.

§. 1. A Pod me certum est nihil proflus distinguendum esse inter laicum & Clericum, ubi enim uterque ad occisionem iustam aequali premente necessitate, sive metu impendentis mali, sive obligatione vi-

RESOL. CXXVII.

An quis efficiatur irregularis, si fugiendo potuit mortem evadere, & maluit invasorem occidere?

Et quid, si aliquis aggressori alapam dedit, aut injuriosum verbum dixit, aut cum ejus uxore inventus est, an in talibus casibus, si aggressus potest fugere, possit licite se defendere occidendo, & non incurrat irregularitatem?

Et an Clericus incurrat irregularitatem occidendo invasorem, si non fugiat, cum possit?

Idem est dicendum de Religioso, & homine infima notæ.

Et quid vero, si in aliquo casu etiam Clerico fuga esset ignominiosa?

Et notatur irregularitatem contractam ex homicidio facto in sui defensionem culpabilem non esse mortaliter indispensabilem, sed comprehenditur in Concilio Tridentino sess. 24. cap. 6. Ex p. 4. tr. 2. Res. 3.

§. 1. **A**ffirmative respondet Sylvius in 2. 2. q. 64. ^{Sup. hoc in rel. seg. & lege etiam alias res. §.} art. 7. quaritur nono, conclus. 1. Vega in *espejo de curas tom. 2. cap. 12. §. 26. num. 254. Avila p. 7. disp. 5. sect. 3. dub. 2. concl. 3. Villadiego de irregul. c. 6. & ver. ejus num. 75. Layman sect. 5. tract. 3. part. 3. cap. 9. num. 3. primæ notæ. Reginaldus tom. 2. lib. 30. tract. 2. cap. 9. n. 105. Vgolinus de irregul. cap. 29. §. 1. n. 3. Majolus de irregul. lib. 5. cap. 48. num. 6. Navarrus cap. 27. num. 271. & alii. Ratio est, quia in Clem. si furiosus, de homicidio, excipitur tantum casus in quo aliter non potest se defendere; ergo, &c.*

2. Sed et contrariam sententiam tenet, quam tenet Petrus Cornejo in 3. part. D. Thoma tract. 5. de irregul. disp. 4. dub. 1. quæst. 4. Tutrianus de censur. lib. 9. disp. 65. dub. 1. Hurtado de irregul. disp. 2. difficul. 10. n. 36. Coninch de Sacram. disp. 18. dub. 9. num. 90. Villalobos tom. 1. tract. 21. diff. 24. num. 2. Filiucius ubi *infra*. Suarez tom. 5. disp. 46. sect. 1. num. 6. Præpositus in 3. part. quæst. 5. de irregul. dub. 11. num. 87. Tanne- ^{Sup. his seqq. in hoc §. in res. seg. §. vide à lin. 4. & vide aliq. §. & ver. ejus not.} rus in 3. part. disp. 6. quæst. 10. dub. 11. num. 210. Dico igitur, cum qui non potuit evitare occisionem invasoris injuste, nisi fugiendo cum dedecore notabili, non esse irregularem, quia tunc non tenetur cum tanto detrimento proprio vitare mortem injuste invasoris, nisi quando invasus dedit causam gravem invasioni, ut quando adulterio, aut verbis contumelia incitavit injuratum ad invasionem. Verum si hæc per accidens consecuta essent, occidentem etiam in hoc casu non incurrere irregularitatem, docet Filiucius ubi *infra*, num. 135. tunc igitur incurritur irregularitas, quando in tali casu homicidium prævisum est, vel prævideri potuit ab inferente injuriam. Verum Cornejo ubi *supra* absolute docet, quod si aliquis aggressori alapam dedit, aut injuriosum verbum dixit, aut cum ejus uxore inventus est, in tali casu, si aggressus potest fugere, non potest se licite defendere occidendo, unde libi imputet infamiam fugæ, cum ipse occasionem dederit & ideo cogita an opinio Filiucii sit probabilis, nam contra illum præter Cornejo adest etiam Portel. in *dubius regular. ver. homicidium*, num. 32. in fine, ubi citat Suarez de cens. disp. 46. sect. 1. num. 12.

3. Nota tamen quod ex hac doctrina infert ^{Sup. hoc in rel. præterit. §. 2. & sup. in tr. 2. res. 2. r. §. Sed ego, ver. Secus.} Suarez & DD. citati ubi *supra*, Clericum incurrere irregularitatem occidendo invasorem, si non fugiat, cum possit, quia Clericis non est ignominiosum fugere, & a fortiori idem dicendum est de Religioso, prope fin. à & Sotum de just. lib. 5. quæst. 2. art. 8. & alii. Idem asserunt de homine infima notæ, qui nullam incurrit